quam ex omniũ congerie ſimplicium medicaminum proficiſci quirent, vt eum σκατοφάγον καὶ ὑροπότην, ſcopticus Ariſtophanes pleno cachinno excipiat. ὁ μὲν γὰρ ἰατρὸς ὁρέει τὰ δεινὰ, θιγγάνει τε ἀηδέων, καὶ ἐπ' ἀλλοτρίῃσι ξυμφορῇσιν ἰδίας καρποῦται λύπας, Hippocrates ait. Et tamen, vt recep-

De Flatib. num. 3.

ptũ officium ꝑſoluat, quantumuis maximas deuorat moleſtias, & ex Hippocratis præſcripto καταστολὴν exercet. Sin

De Elegãtia nu. 148

viceuerſa delicatus elegantiæ ſuæ habiturus ſit rationem, in aliena ægrorũ domo non ſolùm ſurdus & mutus, ſed & cæcus, omniq́; odoratus, tactusq́; ſenſu priuat⁹ eſſe, atq; adeò mercurialis quæpiam ſtatua videri debebit. Carbones inficiunt, funus denigrat, ignis exſiccat, herbarum virulenti odores, metallorum noxij vapores vniuerſum elegantis Medici corpus contaminant. Ergo tu, quicunq; in ægrorum conſpectu maieſtatis opinionem, nitida cuticula affectas, Homerici Vulcani perſonam indue. Quantumuis fumoſæ officinæ præeſſet, Veneris tamen cõnubium meruit, meruit Deorum conuiuijs pocillator adeſſe. Hic Thetide præſente

Iliados 18.

Σπόγ-